

D. Chryl. vitiis, & mundo, ut Deo solummodo vivat. Unde perbellè dixit Chrysof. in Psal. 100. de solo nomine christiano: in baptis. iate accepit terram, & celum in dno.

641. Ait Paulus ad Colossens 3. num. 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Id est per baptismum, morum conversione & vitæ mutatione, mortui estis mundo carni, peccatis, & vitæ carnali, ac munditiæ, imò mortui estis vobis ipsi, quia iam non estis, quod eratis antea: tunc mors erat nunc verò vita, motus est Saulus persequens Christianos, resurrectit eorum amator, mortua est iniquitas in Saulo, resurrecte sanctitas in Paulo, ait Divus Anselm. Ex vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Ex eo quod mortui sitis mundo; quid inde vita vestra, spirituales in mente gratiæ, gloriæ, ac celestium donorum abscondita est in Christo, ut de donis Christi participetis: In Deo, hoc est, in tanta copia, ac abundantia, ut solus Deus sciat & cognoscat, quot & quanta vobis præparat; quot & quanta vobis dabit, D. August. in sententiis nam. 01. Boni, ait, latenti: quia bonum ipsorum in occulto; nec visibile est, nec corporale, quod diligunt; & tamen merita eorum sunt in abscondito constituta.

642. Ait Regius Vates Psalm. 54. num. 8. Ecce elongasti fugam meam, & non habes solitudinem. Non solum à terrenis voluptatibus se sepaavit, sed etiam elongavit; quia illarum non solum præsentiam fugit, sed etiam memoriam excinxit ita ut mente, ac re maneret in quadam solitudine rerum temporalium. D. Bernard. 53. in Cant. N. n. fuit, ante res exire, nisi & longe se facere. Et statim subdit: Transisti carnis oblectamenta, ut minus me jam obediatis concupiscentiis ejus, & non carnis silicebris, & fugisti, separasti; sed non tam elongasti, nisi & irruentia undique phari. sin. a corporatum sim. litudinem transvolare, mentis puritate prævalere. Et nota quod postquam propheta dixit: Ecce elongasti fugam meam, & non habes solitudinem; statim subdit: Expectabam eum qui salvum me fecit. Tunc concepit spem suæ salutis à suo Salvatore, quando fugiens in solitudinem rerum temporalium, etiam elongatus erat ab ea cum cogitationibus.

D. Bern. Non solum corpore, sed etiam mente separatum à terrenis, ut Deum habeas.

D. Bern. Non solum corpore, sed etiam mente separatum à terrenis, ut Deum habeas.

QUESTIO LXXV.

Quare dicitur, quod Christus extendit suam manum dexteram ad confortandum, ac elevandum Ioannem? cum imperio ac voce hoc facile fieri posse?

643. Ait Ioannes in presenti: Et posuit dexteram suam super me. Id est, erexit me præ timore, & stupore colabentem, & roboravit, & confortavit me. ut Daniel. dicitur cap. 8. num. 8. Collapsus sum, ait, & tetigit me. & statuit me in gradibus meis. Tamen cum hoc fiat cum Joanne, non per levem ractum ut cum danielo nec per vocem. ac tactum, ut cum Jeremia 1. num. 7. Ezechiel. 2. num. 1. Et in fili hominis sta super pedes tuos, &

Jerem. 1. Ez. e. 2.

loquar tecum: Sed per manum Dei dexteram: Posuit dexteram suam super me. Singularis gratia, & benevolentia denotatur erga Joannem. Nam manus dextera Dei est probatorum directiva, Plalm. 117. num. 16. Dextera Domini fecit virtutem; Dextera Domini exaltavit me. Estque erectorem directiva, dirigens eos in bonum; Sap. 5. n. 17. Dextera sua tetigit eos, sicut ut alii legunt, & brachio suo d. fendet illos, Estque directorum deductiva, ducens in salutem; Plalm. 4. num. 3. Deducet te mirabiliter dextera tua. Estque deductorum limitativa, Cantic. 2. n. 6. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cum ergo dicitur, quod Christus posuerit manum super Joannem, huius omnibus modis sumenda est, quibus omnibus Christus suam benevolentiam declaravit erga eum.

Secundò, Sacerdos Primas. sic ait: Posuit dexteram suam super me, ut que propter Sacerdotium, quo Ecclesia præpositus nominis ordinari debet, ut danielo sublevarit, ipsum tetigit, ut modo supra dixi Apostolus etiam collapsos in terram obfulgorem Transfigurationis, volens Christus consolari, dicitur; Tetigit eos dicitur: & voluit timere. Matth. 17. num. 17. Danielo virum desideriorum tetigit: Apostolos quos iam non servos, sed amicos, dicebat, etiam solum tetigit: at nunc super Joannem ponit manum suam dexteram. Sine dubio majoris æstimationis, ac benevolentia signum est, aliquem manu dextera apprehendere, quam solo digito tangere. Cur ergo majoris æstimationis signa exhibentur erga solam Joannem, quam erga danielo, vel Apostolos; Respondet Primas quia nec Daniel Sacerdos erat nec etiam Apostoli erant Sacerdotes tempore Transfigurationis, nam postea in cœnaculo creati sunt, at verò nunc Ioannes Sacerdotio insignitus erat: Non ergo mittit, quod solum super Joannem ponit manum dexteram, & non super alios, ut indicaretur nobis, quanto pretio ac æstimatione præ aliis Sacerdotes sint habendi: idè licet alios, ac etiam Ioannem ante initiatum Sacerdotio, ad eis subveniendum, digito tangat, ad Ioannem iam Sacerdotem totam manum dexteram extendit, ad illius levamen.

Tertiò, et maxime in laudem nostri Evangelistæ, danielo, & alios Apostolos digito tangit, & superiori num dixi super Joannem Baptista manum suam extendit: Manus Domini erat cum illo. Luc. 1. n. 6. & non exprimitur quænam manus esset? At super nolum Ioannem aperit declaratur, quod super eum non esset appositæ qualicumque manus, sed manus dextera: Ioannis magnalia, non patitur Christus, quod sint sub quæstione: sed omnibus excludo, & appetitissime exprimitur. Et non tantum ponitur super eum manus dextera sed manus dextera quæ habebat septem stellas, ut dicitur supra vers. 16. per quas intelligitur universitas omnium donorum, ac gratiarum, quæ omnia à Christo communicata sunt nostro Evangelistæ, ob singularem domini benevolentiam erga eum.

Quartò Richardus Quisquis igitur, ait, se ipsum humiliare cognovit, statim à Deo meretur donum celestis auxilii; ut à altiora pro humilitate sublevetur; unde rectè subditur; posuit

posuit manum suam super me, in eo quippe, quod dextera suam super eum posuit, exprimitur. Nil aliud sublevatione. Unde Joannes tam citò, ac indilate tanta gratiam, ac favorem promeruit; Nam cum dicitur: Cecidit ad pedes ejus, tanquam mortuus; statim nullo alio interposito subditur: Et posuit dexteram suam super me; per quam intelligitur omnis gratia, ac benevolentia Joanni data. Unde tam citò tantum promeruit: Joannes cecidit ad pedes eius per humilitatem recognoscens suam exiguitatem: Inde sine ditatione dextera Dei extendita super eum, qui enim se cum Deo humiliat, statim eum omni dono gratiæ erigitur. D. Bernard. Senens. com. 3. in Dominic. Sexages. art. 2. Cadere in terram, ait, est indignum se repuer, unde sequitur, & apposit dexteram suam super me; ad significandum, quod qui se tanquam ad omnia merita mortuum existimat, & inutilem, hunc Christus dextera magnificentia sua amplioribus bonis cumulavit. Quæ omnia bona per Domini dexteram intelliguntur, juxta illud Cantic. 2. n. 6. Dextera illius amplexabitur me. Ibi Theodoretus; id est, beneficiis me suis exornavit; ac veluti amplectenti, & comprehendens desiderium meum in se, me illis cumulavit.

Qui se humiliat, ac nullius meriti existimat, in dante multis donis exornatur.

Qui se humiliat, ac nullius meriti existimat, in dante multis donis exornatur.

Qui se humiliat, ac nullius meriti existimat, in dante multis donis exornatur.

Qui se humiliat, ac nullius meriti existimat, in dante multis donis exornatur.

Qui se humiliat, ac nullius meriti existimat, in dante multis donis exornatur.

Qui se humiliat, ac nullius meriti existimat, in dante multis donis exornatur.

Matth. 25. ubi notanter adverte Evangelistam dexteram Christi, suam appellasse. non sic verò sinistram: sinistra manus est Christi sicut dextera. Cur ergo D. Marthæus dexteram suam dicit, scilicet Christi; non verò sinistram? So vrio desumenda est ex D. Bernardo serm. 2. de Ascensione, ubi dicitur: ponit inter utramque Christi manum; Sedet autem, ait, ad dexteram, habens in dextera misericordiam multum nimis, & iudicium multum nimis; in dextera aquam, in sinistra ignem immobiler tenens. Christi dextera misericordiam, sinistra iustitiam designat, juxta mentem sancti Doctoris. Inde ergo Matthæus dexteram suam appellat, scilicet Christi; non verò sinistram: ut inde fiat manifestum, Christum ex se propitiari, misereri, ac bene facere, ex nobis verò provenire, ut ipse puniat, ac ad æterna supplicia declinet. Inde ergo meritò D. Matth. dexteram suam appellat; quæ dona, quæ ab ea nobis communicantur, à sua infinita bonitate proveniunt, at verò sinistram absolute dicit, & non suam appellat, sed veluti extraneam, quæ a pena, & supplicia, quæ ab ea inferuntur, non ab eo, sed tanquam ab extraneo, scilicet à nobis, nascuntur.

Ait Isaias 28. num. 21. Si ut enim in monte divisionum stabit Dominus, sicut in valle Gabaon irascitur: ut faciat opus suum, alienum opus ejus; ut opereatur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo. In impiis idiosos Prophetarum multa supplicia comminatur dominus, quod sicut per Davidem dissipavit Philistæos in monte Baalparasim, eos sicut aquam dividens, & in te mons divisionis nomen habuit. 2. Reg. 1. num. 20. sicut & in valle Gabaon, quando Josue debellavit alienigenas, multi ex eis perierunt: sic etiam dominus irascitur adversus delinquentes, ac peccatores, ut faciat opus suum, ut iuste puniat eos, ut faciat opus suum. Nota tamen, quod cum propheta dixeret, castigationem esse dei opus, statim subdit, alienum opus ejus, & peregrinum. Quod videtur manifestè repugnans. Si est opus ejus, quomodo alienum, & peregrinum: deus verè punit peccatores: tamen ita punit, ut punire non sit opus dei, sed alienum, & peregrinum: nam peccatores ita iram dei accendunt, & provocant, ut deus, qui ex se habet parere, & indulgere, habeat castigare, & punire: Post d. Cyrillum Alexandrin. ac Hieronymum sic ait Lyranus: Ubi faciat opus suum, id est, vindictam de peccatoribus: quia tamen punire, non est sibi proprium, sed magis misereri, & parcere, securum quod dicit Ecclesia: Deus cui proprium est misereri semper, & parcere; punire autem convenit ei per accidens: scilicet, propter hominum malitiam: & idè subditur: opus puniendi non inest ei ex sua conditione, sed ex malorum transgressionibus.

Dei proprium mi ereri, punire alienum est ab eo.

Dei proprium mi ereri, punire alienum est ab eo.

Dei proprium mi ereri, punire alienum est ab eo.

Quæst

QUESTIO LXXVI.

Quare dum in persona Christi dicitur Joanni, noli timere; statim additur: Ego sum primus, & novissimus?

Loquens Angelus Joanni, ait: noli timere & rationem subdit: Ego sum primus, & novissimus: quia verba idem valent, ac illa; A pba, & Omega, principium, & finis, supra vers 8 Ac proinde: Ego sum primus, ut omnium creator; & novissimus, ut omnium finis. Quae verba desumpta sunt ex Isa 44. num. 6. & 48. num. 12. & quod solum ei adoratio est exhibenda, & non idolis: ac proinde, quod ipsum colentes, ac adorantes, ab omni prestura propter nomen suum liberabit. Sic ait deus citato loco Isaia cap 48. Ecce ego excovi te, sed non quasi argentum; elegi te in camino paupertatis: propter me faciam, ut non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo, ego ipse primus, & novissimus.

Secundò. Cum Christus ait: Ego sum primus, & novissimus, Christus his verbis significat, opus Ecclesiae se inchoatum, per quas-cumque tribulationes, ac adversitates, quales erant Domitiani, ac caeterorum tyrannorum, perfecturum, & consummaturum, ac ita fideles in eis forti, & constanti animo sint, nihil formidantes: scientes, quod Christus, qui est primus, & novissimus, eis tam initium, quam finem dabit, ac determinabit, & sicut Ecclesiae suae, ut templo suo, dedit initium, ita & dabit consummationem, ac ultimum securitatis culmen. D. Ambros. lib. 5. de sacram. c. 5. Vides, ait: quia ipse primus, & novissimus. Primus quia auctor est omnium: novissimus, non quod finem inveniat, sed quod universa concludat.

Tertiò. Idem D. Ambros. lib. de Institut. Virgin. cap. 11. ait: Christus primus; quia per ipsum omnia: novissimus, quia per ipsum resurrectionis. Cum dicitur Joanni Noli timere, & subdit: quia ego primus, à quo sunt omnia, ostendit potentiam suam infinitam, à qua omnia habent esse, & dependent, quae nunquam in causa ipsius rei deerit, sed semper praesens erit: ac proinde nihil formidandum est. Sic ait D. Bernard. Senens. in praesenti: Nil debet timere, qui habet auditorium validum quia ego sum primus, à quo omnia, & novissimus, ad quem omnia. Pergit Ambrosius Novissimus, quia per ipsum resurrectio. In qua omnium fidelium Christi erit glorificatio, ut objecto tanto praemio. fac le omnes persecutiones, ac contrarietates contemnantur, ac in parvo habeantur.

Quartò. Idem D. Ambrosius proxime citato loco: Vide clementiam Christi, ait, ipse est primus, & novissimus: qui primus erat, propter nos se novissimum fecit. Andreas Celsatensis. Cum principii, suisque expertus essem, mor en causa hominum ulro subire non dubitavi. Maxime Christi exemplo debent fideles animari ad mortem persecutionem, ac spem sustinendam: nam cum ipse esset omnium primus, ut verus Deus; voluit in morte sua tanquam aspectum, ac novissimum viro-

rum, reputari Isaia 53. num. 3. Et cum ut verus deus, esset expertus principii, ac finis, voluit pro salute hominum, in tempore habere initium, nascens de virgine, & in tempore finem non recusavit, moriens pro nobis D. Anselm. Quia ipse, ait, non ina gens, par: pro nobis voluit, valde animari debemus, ut indignis pro eo patiamur, ut cum eo aeternaliter vivamus. Ita etiam Aretas, Ruper us, Pannonius, & alii.

Quintò. Richardus, D. Thomas, & alii. Christus dicitur primus, & novissimus, quia verus deus, & homo: quia Deus primus, quia omnia creavit, etiam ipsa saecula: novissimus, quia iudex est futurus in novissimo die. Vel alii sic exponunt, novissimus, quia in fine saeculorum omnia restaurabat, juxta Apost. ad Ephes. 1. num. 10.

Sextò. D. Augustin. lib. de unitate Ecclesiae, cap. 7. ait, quod quasi primus dedit, legem veterem, & quasi novissimus, est auctor legis novae. Ac proinde primus, quia dedit legem antiquam, novissimus, quia dedit novissimam legem Evangelicam, quae usque in finem saeculorum durabit.

Septimò. Ait Angelus Joanni in persona Christi: Noli timere; ego primus, & novissimus, qui solus timendus est, ita ut nullus alius sit timendus: ac proinde ego sum primus, quem timere debes, & sum novissimus, etiam in timore, quem in corde tuo retineas, ita ut nullus alterius timore percutiendus sis: ex quo praeclarum documentum depromendum sit: quod omne nostrum opus à timore Dei incipiat, in ipsoque finiatur: in edificio enim virtutum, quod ab Spiritu sancto in anima iusti fabricatur, Dei timor ima, & suprema occupat: principium, ac novissimum finem ipse tenet, recte nostrum opus cum dei timore inchoatur, perfectissimamque cum ea consummatur, cum undique tanto Dei dono sit circumdata laetitia.

Ait Regius Vates Psalm. 110. n. 10. & Solomon Ecclesiast. 1. num. 16. Initium sapientia, timor Domini. At Isaia 11. n. 1. cum tanquam coronidem, & supremum majestatis edificium, constituit, de Christo D. vaticinatur: Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientia, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientia, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Ecce magna diversitas. Juxta Psalmistam, ac Ecclesiasticum, assignatur Domini timor, ut initium, ac fundamentum virtutum: At apud Isaia altior erigitur, & inter omnia Divini spiritus dona ad supremum apicem evehitur, & pro omnium culmine in ultimo loco constituitur: Replebit eum spiritus timoris Domini. Nota, quod de aliis donis ait Propheta: Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientia, & intellectus, &c. at de timore ait: Replebit eum, quia cum operatio Christi esset perfectissima, tota timore Domini repleta erat, ut in timore Domini haberet suum initium suumque complementum, ac coronidem. Timore Domini incipit: timore Domini repletur perficitur, ac consummatur. Rupertus lib. 1. in Genes. c. 22. sal. mista initium, inquit, sapientia timor Domini: quare ergo alius Propheta timorem in ultimo constituit, dicendo: Egredietur virga de radice Jesse

Arabic. Apud me sunt claves mortis, & vitae, & claves inferni. D. Cypr. Qui fueram mortuus, &c. habeo claves mortis, & infernorum.

EXPOSITIO XIV.

Secundam rationem in medium adducit Angelus Joanni, & sub ejus nomine omnibus fidelibus ob quam non debeant timere suos persecutores; quia ego qui sum caput Ecclesiae, qui eram vivus, tum per aeternam generationem, tum per assumptionem humanae naturae, fui mortuus per crudelissimam tormentorum passionem. Et ecce sum vivens in saecula saeculorum, per gloriosam, & triumphantem resurrectionem in sempiternum, numquam amplius moriturus. Rom. 6. num. 9. Mors illi ultra non dominabitur. Et proinde noli timere: perpetuus ero tibi, & Ecclesiae meae auxiliator, hoc enim mea morte promerui, sicut etiam, quod omnes electos meos mea resurrectione participes faciam. Et habeo claves mortis, & inferni. Clavis hic denotat potestatem, imperium, & dominatorem; & ecce jam tertia est ratio, quam Angelus Joanni proponit, ob quam non debeat persecutiones, ac mortem tyrannorum timere, quia ego habeo potestatem vitae & mortis, vivificandi, & occidendi: nam penes me sunt claves mortis, & inferni: quocumque volo ab iis praeservo, vel illis jam traditos resuscito ad gloriam, ac vitam aeternam: vestros contra adversarios illis tradam aeternaliter excrucianos.

QUESTIO LXXVII.

Quare hic dicitur Joanni in persona Christi, quod fui mortuus, & ecce sum vivens.

In persona Christi ait Angelus Joanni & sub ejus persona omnibus fidelibus, Fui mortuus, & ecce sum vivens. Quia sicut ex morte, ipsa de vita gloriosius resurrexi; etiam faciam, ut Ecclesia mea ex tribulationibus, quibus nunc videtur vexari, ac premi, gloriosius resurgat, triumphet ac dilatetur, longè lateque dominetur; hoc enim mea morte ei promerui & hujus rei typum in mea morte toti mundo exhibui; & sicut mea mors extitit causa salutis totius generis humani, sic resurrectio Christi extitit causa nostrae resurrectionis, ut patet ex Paul. 1. Corinth. 15. n. 12. Si autem Christus praedicatur, quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est.

Secundò Richardus Victorinus: Mortuus, ait, per passionem, vivus per resurrectionem; & quia quidam leguntur resuscitati, qui iterum leguntur postea mortui; ad demonstrandum igitur sua vita interminabilem perpetuam, adjun-

Jesse, & flos de radice ejus, &c. & replebit eum spiritus timoris Domini? videlicet, quia illi in quem haec dicitur, cum non tantum homo, sed & Deus sit, licet secundum humanitatem sapientia, erate, & gratia profectu: iam secun-dum quod est, & Deus erat, nullum profectum habuit. Verum creatura, non solum humana sed Angelica, proficit testante Apostolo, & proficit, & profectus ejus initium est, habere timorem Domini; quia initium sapientia, timor Domini.

Ait Christus D. Matth. 5. n. 3. Beati pauperes spiritus: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Qui locus sic interpretandus est: Beati timentes Deum, hoc est, timoris spiritum habentes: quoniam ipsorum est regnum caelorum D. August. lib. 1. de serm. Domini in monte: Quapropter recte hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles, & timentes Deum. Nec aliunde omnino incipere oportet beatitudinem, siquidem perventura est ad summam sapientiam; initium autem sapientia timor Domini. Et alii Patres, ut citavi tom. 2. cap. o. q. 15. n. 103. Illud tamen notandum, quod in hac beatitudine, timentium Deum praemium non differtur, nec de futuro ponitur, ut in aliis beatitudinibus: Beati enim quoniam ipsi possident terram, Et de lugentibus, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. At in nostra virtute timentium, statim & indilate assignatur praemium de praesenti, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Quomodo ergo timor qui est initium sapientiae, jam obtinet regnum caelorum, quod est summa sapientia, summaque in ta timoris? Ecce timor ima, & summa attingit: in limine Sapientiae est timor: & in fastigio illius est regnum caelorum, quod est ultimus timoris terminus; quia ab exordio usque ad finem, eorum opera plena timoris extiterunt, totumque à fundamento usque ad culmen ac apicem, timore negotiatum est. Favet Rupertus lib. 8. de offic. cap. 6. Aique hic est spiritus timoris Domini, qui in fundo cordis, ut fundamentum ponitur, quo caetera, quae superaedificanda sunt, firmiter portantur. Hac illa paupertas, id est, Regina humilitas, quae totius securae beatitudinis cumulum servat.

Asfundam- to usque ad culmen, opera sunt cum Dei timore.

Solutio de timore, & omnis operatio, illius timore superflua.

Rupert.

Apoc. 1. n. 18. Et vivus & fui mortuus; & ecce sum vivens in saecula saeculorum; & habeo claves mortis, & inferni.

VERSIONES.

Syrus. Et qui vivus sum, & fui mortuus, & ecce vivens sum in saecula saeculorum, Amen; & sunt mihi claves mortis, & inferni. Tygurina. Et vivens, & factus sum mortuus in saecula saeculorum. Amen. Primas. Et vivus, qui fui mor-

Opera nostra à timore incipiunt, & timore compleantur.